



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Byretum corona.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

mi Domine, quæ breviter, dum me induo, antecedenter autem sæpè paulò fusiùs ad excitandum in me fervorem ac devotionem debitam, ruminabò.

*Byretum corona.*

**D**Um Byretum capiti impono, reminiscar spineæ coronæ tuæ, & ingentis ideo tibi inflicti cruciatûs. Cogitabo etiam memoriale hujus coronæ esse eam, quæ in vertice mihi raris est, circularem figuram. Quæ cum præterea index sit regię dignitatis, quâ Sacerdos præfulget, & simul perfectionis huic statui congruentis, hinc altè cordi meo hærebit infixum illud ad Rom. 6. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, & non obediatis concupiscentiis ejus.* Ne ex mitissimo JESU, qui fecit nos regnum (quod per verba consecrationis ipsi dominatur Deo) & Sacerdotes Deo & Patri suo. Apoc. 1. Fias mihi irreconciliabilis per totam æternitatem Judex Sacerdotes damnatos præ aliis magis cruciaturus.

*Abitus ex Sacristia.*

**D**Um Byretum indutus profundam imagini crucifixi facio reverentiam è Sacristia ad Altare abiturus. Petam à te mi Domine liberationem à distractionibus, & primum hoc in toto mundo opus sanè non deproperabo memor illius Is. 61. *Ego Dominus odio habens rapinam* (utique etiam furto debiti temporis patrabilem) *in holocausto.* Univerſim quoad Sacerdotalia indumenta reflexionem meretur memoranda Carnotensis sententia: *Ornamenta hac*